

3. The kalender of shepardes newly augmented and corrected, *imprinted at London by William Powell for John Walley A.D. 1559, p. 293.*
4. A treatise of the compound manuell, *Latine, p. 497.*
5. Tables for the meting of timber, *p. 501.*

-
3. Printed.
 4. Sicut ait Augustinus distinct. 38 cap. (que ipsis) sacerdotes compotum scire tenentur, p. 497.
Many memorial verses are interspersed.
Ends p. 557. Christus factus homo lauat omnes redditu trono.
A reference to "Anselm" de imagine mundi cap. xxiii follows.
 5. A boke to mete tumber by.
First come ten leaves of smaller size consisting entirely of figures in columns.
Then the same copied out on larger paper. On the last page a table in writing.

170. LETTER-BOOK OF N. COLLYS, NOTARY. { Misc. T
 { T. James *vac.*

Codex chartaceus in folio, seculo xvi scriptus, in quo continentur,

Collectanea N. Collys notarii publici, sive plurima instrumenta in curia Romana usitata, bullæ, rescripta apostolica, &c. *sequenti ordine,*

1. Permissio data per Agnetem priorissam domus monialium de Higham Roff. dioc. Elenæ Ormeston dictæ domus moniali, ut possit accipere officium priorissæ domus B. Mariæ Magdalen de Davington Cant. dioc. ad quam collata fuit per Henricum archiepiscopum Cantuar. in locum Iohannæ Waller defunctæ 23 Dec. 1502.

2. Literæ testimoniales super sententiam definitivam in curia Romana in causa inter Ioannem Dymock de Boston seniore coexecutorum ultimi testamenti Roberti de Willoughby militis Lincoln. dioc. ex una parte et Thomam Wynterburn archiepiscopi Cantuar. commissarium ex altera parte, *p. 1.*

3. Notificatio sententiæ definitivæ in curia Romana in causa inter Thomam Hophe L. L. D. canonicum Spirens. actorem et Conradum Holtzappel de intrusione A. D. 1470, *p. 8.*

4. Ordinatio Henrici [Denne] archiepiscopi Cantuar. pro visitatione monasteriorum ordinis S. Augustini, data in convocacione 9 Maii, 1502, *p. 20.*

5. Collatio G. Pebyngton monachi monasterii B. Mariæ Ebor. Cantabrigiæ comorantis ad prioratum monachorum Cantabrigiæ studentium per Thomam abbatem S. Albani, et nigrorum monachorum in Anglia primum præsidem, *p. 22.*

Paper, $11\frac{3}{10} \times 8\frac{2}{3}$, pp. 284, 58 etc. lines to a page. Cent. xvi early, in a very small difficult hand, and another more legible.

Collation: 1¹⁶–8¹⁶ 9¹⁴.

The compiler N. Collys was connected with the college of Stoke Clare of which Parker was Dean. His notarial mark occurs in **108**. 2, of the date of 1481.

1 is on the first leaf which is unnumbered.

6. Monitorium in eventum citatoris sub poenis cum inhibitione, *p.* 33.
7. Declaratio ob non paritionem monitorii, *p.* 24.
8. Declaratio ob non paritionem literarum executorialium, *p.* 26.
9. Aggravatio, *p.* 27.
10. Re-aggravatio, *p.* 29.
11. Interdictum, *p.* 30.
12. Brachium, *p.* 31.
13. Monitorium in curia cum arresto, *p.* 33.
14. Monitorium in curia pro condemnatione expensarum, *ibid.*
15. Monitorium aliud ab auditore camerae, *ibid.*
16. Sequestrum, *p.* 34.
17. Relaxatio sequestri, *p.* 36.
18. Instrumentum declarationis literarum monitoriarum contra instrusum et capitulum, *p.* 37.
19. Inhibitio, *p.* 40.
20. Nota citationis per edictum cum relaxatione juramenti ad effectum agend. *ibid.*
21. Citatio legitima vigore sump. de registro bullarum, *ibid.*
22. Nota intimationis litis pendentis in curia, *p.* 41.
23. Commissio absolutionis in partibus faciend. *p.* 42.
24. Revocatio commissionis absolutionis fact. *p.* 43.
25. Processus super primo vacaturo, *p.* 45.
26. Processus resignationis ex causa permutationis faciend. cum reservatione annuæ pensionis, *p.* 46.
27. Processus permutationis, *p.* 49.
28. Processus resignationis, *p.* 50.
29. Processus super contra extensa, *p.* 51.
30. Citatio episcopi Bath. et Well. et aliorum, ad respondend. in curia Romana querelæ Iohannis Lax L. L. D. secretarii apost. canon. Ebor. et colleg. eccl. de Hemyngburch Ebor. dioc. nec non canon. Saresbur. ac de Stretton cum capella de Walton et de Dychesyats paroch. eccl. Bathon. et Well. dioc. rector. qui per illos fuerat deprivatus; data 26 Aug. 1465, *p.* 52.
31. Indulgentia concessa ab Alexandro papa iis qui visitaverint aut ex bonis suis contulerint capellæ B. Mariæ in monasterio Westm. a rege Henrico erigendæ, *p.* 56.
Patet ex hac bulla primum fuisse consilium regis ut hæc capella in ecclesia S. Georgii de Wyndesore erigeretur.
32. Petitio abbatis et conventus de Wiblingen Constan. dioc. ad papam contra Eberherdum de Kirchberg, qui se de facto intrusit in advocatiam dicti monasterii, &c. *p.* 62.
33. Petitio Georgii Heggeze contra appellationem Ioannis Zeig et Ioannis Hagenwiler in causa de canonicatu et prebend. eccl. collegiatæ S. Felicis Constan. dioc. *p.* 63.
34. Petitio abbatis monasterii de Ochsenhusen ordinis S. Benedicti Const. dioc. contra octo monachos ejusdem monasterii profugos et contumaces, *ibid.*

6. In the name of Gaspar de Theramo decretorum doctor.
7. In the name of Bernardus de bosca.
8. Ulricus ffries de Wartt.
9. Iohannes Listighe.
10. Iac. Wale.

pp. 58, 9 blank; also 81, 2, 201-3, 253-60, 274-81.

On p. 282 are a very difficult copy of a deed (of 18 Hen. VII) and some miscellaneous scribbles.

35. Petitio præpositi et canonicorum monasterii S. Christopheri de Ravengirsburg, ordinis S. Augustini, Magunt. dioc. contra Sifridum episcopum Cirenem. titular. suffraganeum archiepiscopi Mag. et ministros Frederici ducis Bavaria; qui armata manu eos de dicto monasterio expulerant, *p.* 65.

36. Alia eorundem petitio, ut ab obligatione juramenti vi extorti solvantur, *p.* 67.

37. Petitio Gaspar Vogt, ut causa matrimonialis pendens inter se et Annam Suscitzin committatur ad ordinarium dioc. suæ Const. *ibid.*

38. Petitio Thomæ Hophe papæ cubicularii, ut Raynoldus de Luna mercator Florent. excommunicetur, ex eo quod summam M. ducatorum de auro eidem Thomæ debitam solvere nolebat, *p.* 68.

39. Dispensatio concessa ab Alexandro papa Iohanni ffelser' (?) ut ecclesiam parochialem de Bridestowe, Exon. dioc. (cujus annuus valor non excedit xx marcas) cum prebend. ecclesia de Exon. unitam teneat, *p.* 69.

40. Concessio annuæ pensionis 23*l.* 6*s.* 8*d.* Mag. I. L. durante vita sua per ministrum et fratres domus S. Roberti juxta Knaresborough in comitatu Ebor. ordinis S. Trin. et Redemp. Capt. 23 Aug. 1444, *ibid.*

41. Confirmatio ejusdem concessionis coram cardinali [Kempe] archiepiscopo Ebor. *p.* 70.

42. Dispensatio Sixti IV. ut vicarii in capella regia de Windesore ex fundatione regis Edwardi IV. beneficium alterum quodvis cum vicariis suis tenere possint, *p.* 71.

43. Testimonium fundationis domus fratrum minorum de observantia in villa de G. [Greenwich] Roff. dioc. per Edwardum IV. 2 Julii, 1482, *p.* 72.

44. Confirmatio ejusdem domus per episcopum Roff. virtute commissionis a sede apostolica, eodem die ac anno, *p.* 73.

45. Permissio data per Alexandrum papam, ut prior et conventus monasterii de Evesham possint transferre jus patronatus ecclesiæ S. Michaelis in Cornehill ad guardianos et fratres gildæ artis pannariorum in eadem ecclesia pro annua pensione CVI*s.* VIII*d.* 8 Jul. 1503, *p.* 76, et iterum *p.* 190.

46. Literæ Julii papæ in favorem Aliciæ Chaderton alias Man, Cov. et Lichf. dioc. ut literæ predecessorum ejus Alexandri et Pii suum effectum obtineant A.D. 1503, *p.* 77.

47. Commissio in partibus ad audiendum et determinandum causam quandam matrimonialem inter Oliverum Southeworthe et Ceciliam Southeworthe alias Bilborough de London. ex una parte et Willelmum Lavenham civem London. ex altera parte A. D. 1515, *p.* 78.

48. Carta Ricardi II. recitans et confirmans varias cartas donationum cenobio de Lancastre, data anno regni 15, *p.* 79.

49. Procuratorium Henrici Sharp L. L. D. constituens Thomam Hophe L. L. D. et Alexandrum de Bardis mercatorem Florentinum, procuratores suos in curia Romana, datum 4 Oct. 1477, *p.* 83.

50. Procuratorium Willelmi et Sinasmani domin. in Rappolczstein ad componendum cum Thoma Hophe decr. doct. et procuratore fiscale de captione et detentione ejusdem Thomæ, datum 28 Sept. 1470, *p.* 84.

51. Procuratorium ipsius Thomæ Hophe et procuratoris fiscalis in eodem negotio, datum 14 Dec. 1470, *p.* 85.

52. Procuratorium ad consentiendum de judice, *p.* 86.

53. Procuratorium Thomæ Hophe ad persequend. literas executionales trium sententiarum conformium, datum 6 mensis Aug. 1470, *p.* 87.

54. Procuratorium Roberti Newton monachi Glaston. et prioris electi prioratus de Monte-acuto ad proseq. causam electionis suæ in curia Romana, datum 6 Jan. 1459, *p.* 89.

55. Procuratorium Iacobi abbatis monasterii S. Augustini Cantuar. ad visitand. limina apostolorum, datum 4 Nov. 1461, *p.* 91.

56. Procuratorium Georgii Heggezn ad prosequend. gratiam, dat. 20 Oct. 1466, *p.* 92.
57. Testimonium acceptationis per procuratorem, *p.* 93.
58. Testimonium assignationis possessionis, *p.* 94.
59. Bulla Pauli papæ pro celebratione anni jubilei A. D. 1475, et deinceps de 25 annis in 25 annos, data 13 kal. Maii, 1473, *p.* 95.
60. Solennis excommunicatio per eundem papam, 3 kal. Apr. 1469, *p.* 99.
61. Revocatio indultorum in casibus gravioribus per eundem papam, 1468, *p.* 106.
62. Constitutio ejusdem papæ contra simoniam, 1464, *p.* 107.
63. Commissio Henrici [archiepiscopi Cantuar.] ad procedend. contra vicarium de Aylesbury, qui corpus quoddam in ecclesia sua dehumari fecit, et pro corpore B. Osithæ ad monasterium ejusdem nominis olim translato prædicavit, *p.* 109.
64. Carta Alexandri papæ, qua constituit Adrianum de Tureto unum ex acolytis sedis apostolicæ A. D. 1479, *p.* 110.
65. *Ad inum hujus pagine*, "Mem. quod fiat procuratorium pro Iohanne Bray canonico ecclesiæ Ebor. et prebendario prebend. de Bugthorpe in eadem in minore ætate, IX scilicet suæ ætatis annum attingente, constituens Mag. Ioannem Alcoc episcopum Wigor. ad curiam B. &c. Item dictus Iohannes Bray minor ac canonicus ecclesiæ cathedralis Wellen. et prebendarius prebendæ de Lytton in eadem constituit dominos Ioannem Shaa militem et aldermannum London. Mag. Hugonem Holden, et Ioannem Halle suos procuratores ad acceptandum, &c."
66. Concordata principum in concilio Basiliensi, *p.* 111.
67. Dispensatio Alexandri papæ concessa magistro Nicholao Curleus capellano cantariæ ad altare B. Mariæ virginis prope tumulum Ioannis Beauchamp in ecclesia Lond. ut aliud quodvis beneficium cum dicta cantaria tenere possit A. D. 1501, *p.* 114.
68. Literæ testimoniales Iohannis episcopi Lincoln. quod Hugo Ynge A.M. socius collegii Winton. Oxoniis admissus fuit ad sacros subdiac. diacon. et presbiter. ordines, datæ 8 Dec. 1491, *p.* 115.
69. Procuratorium ejusdem Hugonis, guardiani sive rectoris collegii de Wapingham Lincoln. dioc. ad acceptandum beneficium quodvis, datum 16 Aug. 1500, *ibid.*
70. Memorandum quod 5 Jul. 1500, Mag. Will. Carpynter canonicus ecclesiæ collegiatæ de Southwell et prebendarius prebend. de Wodborough in eadem constituit Rob. Rakhell (?), Th. Kyrkeby etc. procur. suos ad ———, *ibid.*
71. Epistola Alexandri papæ VI. ad priorem et receptores donorum hospitalis S. Ioannis Ierusalem regni Angliæ, quod possint ecclesias parochiales adire pro suffragiis et elemosinis colligendis ; data 7 Dec. 1498, *p.* 116.
72. Epistola Mariani de Cuccinis in curia Romana procuratoris ad N. Collys curiæ Cant. procuratorem, de causa pendente inter W. Steward, Ioannem Mertok et Martinum Collyns official. curiæ Ebor. et priorem et conventum Dunelm. data Romæ 15 Jan. 1501, *p.* 117.
73. Indulgentia quadraginta dierum concessa per archiepiscopum Cantuar. et episcopos London. Winton. et Eliens. omnibus qui visitaverint capellam S. Annæ et S. Thomæ Cantuar. fundatam a D. Thoma More decano ecclesiæ cathedralis S. Pauli London. in eadem ecclesia, *p.* 118.
74. Procuratorium Mag. Roberti Curnell rectoris S. Petri de Shru(b)sole (?) Cicestr. dioc. ad ———, datum 23 Apr. 1501, *ibid.*
75. Bulla Bonifacii papæ IX. in qua ordinem Cartusianorum ab omni ordinaria jurisdictione exemptum pronuntiat, *ibid.*
76. Formulæ exordiorum pro bullis, *p.* 119.
77. Licentia ad predicandum concessa Roberto Bradwell A. M. *p.* 121.

78. Commissio in partibus ad absolvendum Thomam Tomyow vicarium de Congressbury, Bath. et Well. dioc. ab reatu perjurii, eique juramentum de personali residentia relaxandum, data 20 Nov. 1495, *p.* 122.

79. Indulgentia quadraginta dierum concessa ab episcopo Lincoln. eis qui succurrerint inopiæ parochianorum de Ayot-Montfichet, quorum ecclesia suis ornamentis fuerat spoliata A. D. 1490, *p.* 122 et 125.

80. Epistola priorissæ et capituli de Pollesworth ad episcopum Roffensem ut electioni D. Elizabethæ Bradfield priorissæ de Higham in abbatissam suam, assensum preberet. data 4 Jul. 1501, *ibid.*

81. Supplicatio ad papam pro dispensatione in defectu natalium, *p.* 123.

82. Citatio Milonis Burre et Willelmi Payne canonicorum de Cartmele ad compar. coram arch. Ebor. et respond. Willelmo Hayll priori suo, &c. A.D. 1501, *p.* 123.

83. Bullæ Clementis et Innocentii P. P. ut capellæ regiæ sint exemptæ ab omni ordinaria jurisdictione, *p.* 124.

84. Testimonium de ecclesiis exemptis in dioc. Litch. et Cov. *p.* 124.

85. Mandatum archiepiscopi ad officialem dioc. Lond. sede vacante de convocatione habenda, *p.* 125.

86. Licentia ad predicandum concessa Ant. Overton S. T. B. priori monachorum studentium in collegio Buck(ingham) Cantab. [no date], *p.* 126.

87. Presentatio Roberti Dykar ad ecclesiam S. Thomæ apostoli per mortem Willelmi Lathes S. T. P. tum vacantem, per Ioannem Forster et Willelmum Lichfield solos canonicos et stagiarios ecclesiæ cathedralis S. Pauli Lond. capitulum ejusdem non expectato decano facientes, data 4 Mart. 1501, *p.* 126.

88. Dispensatio concessa J. Scolari Constan. dioc. minori XVII annorum ad beneficium ecclesiasticum accipiendum, *p.* 127.

89. Commissio in partibus ad audiendum et determinandum causam inter majorem aldermannos et vicecomites de Drogheda et archiepiscopum Armach. de jure visitationis hospitalium pauperum piorum locorum nuncupatorum, data 8 Oct. 1502, *p.* 128.

90. Dispensatio papalis pro minore (Georgio Heggeze) ad beneficium ecclesiasticum accipiendum, *p.* 129.

91. Talis dispensatio concessa Willelmo Thornebourgh Lond. dioc. 1504, *p.* 131.

92. Dispensatio papalis concessa Iohanni filio Willelmi Rede pro defectu natalium, 1504, *p.* 132.

93. Bulla Alexandri papæ pro unione, *p.* 133.

94. Dispensatio Simonis [Sudbury] episcopi London. ut Iohannes de Appelby teneat canonicatum et prebendam de Chamberleyeswood in ecclesia cathedrali S. Pauli cum decanatu ejusdem ecclesiæ, data 22 Nov. 1468, *ibid.*

In hac dispensatione mentio fit consuetudinis ejusdem ecclesiæ, quod decanus nec electioni episcopi nec tractatibus capitularibus adesse potest nisi fuerit canonicus prebendatus, et residentiam tanquam canonicus fecerit.

95. Inhibitio officialis curiæ Cant. ad instantiam Iohannis Forster et W. Lichfield canonicorum et residentium ecclesiæ cathedralis S. Pauli Lond. ne Iohannes Perot, qui a R. Sherbourn decano secus ac permittunt consuetudines ejusdem ecclesiæ deputatus ejus nominatus est, jura eorum molestet et infringat.

96. Opinio Petri ——— procuratoris in causa dominæ Etheldrede Croxston, *p.* 135.

97. Licentia Henrici episcopi Sarum concessa Maculino Cosyn prebendario de Netherburn in ecclesia Sarum, ut eandem prebendam resignare et cum Hugone Oldam tractare possit de pensione inde reservanda, data 19 Feb. 1500, *p.* 136.

98. Licentia episcopi London. ut episcopus Sarum possit in causa prædictæ pensionis reservandæ intra dioc. Lond. procedere, data 14 Feb. 1500, *ibid.*

99. Procuratorium dicti Maculini ad dictam resignationem faciendam, data 19 Feb. 1500, *p.* 137.
100. Obligatio Hugonis Adam ad solvend. prædicto Maculino summam 48*l.* annuatim ex prædicta prebenda, *p.* 138.
101. Bulla Alexandri papæ VI. pro priorat. de Motisfonte et Luffeldia supprimendis et capellæ regiæ Hen. VII. apud Westmonast. annexendis, data 12 Feb. 1499, *p.* 138.
102. Commissio in partibus pro causa audienda et determinanda inter Henricum episcopum Sarum priorem monasterii S. Mariæ juxta Gloucestriam et conventum ejusdem, et episcopum Miden. de quadam annua pensione ex ecclesiis de Velek et de Colpe eidem episcopo solvenda, data kal. Martii, 1504, *p.* 140.
103. Compositio inter capitulum Cantuar. et capitulum London. eccles. de usu et executione potestatis episcopalis sede London. vacante, facta 8 Id. Martii, 1278, *p.* 141.
104. Commissio in partibus pro causa audienda inter Willelmum Hale priorem de Cartmel et archidiaconum Richmond, *p.* 144.
105. Procuratorium Henrici [Denne] episcopi Sarum super ministerio faciendæ translationis ad sedem Cantuar. datum 9 Apr. 1501, *p.* 145.
106. Inhibitio officialis curiæ Cantuar. ne prior et capitulum Cant. molestent prepositum et capitulum ecclesiæ collegiatæ de Wingham exemptæ jurisdictionis, *p.* 146.
107. Supplicatio Iohannis Bryce rectoris S. Nicolai juxta pontem Guilford pro dispensatione ad tria quælibet beneficia accipienda, *p.* 147.
108. Facultas concessa a sede apostolica ut incolæ suburbii de Monxwell juxta London. infantes suos baptizare et mortuos suos sepelire possint apud capellam de Monxwell, *p.* 148.
109. Testimonium resignationis Iohannis Ash rectoris de Fenny-Sutton Sarum dioc. coram archiepiscopo Cant. 5 Feb. 1501, *ibid.*
110. Commissio Jacobi regis Scotiæ pro legatis suis ad petendam sibi in matrimonium filiam Henrici regis Angliæ, data 8 Oct. 1501, *p.* 149.
111. Commissio Edwardi episcopi Cicestr. pro concedenda facultate Ricardo Gylford militi ad edificandam ecclesiam, Gylford church pro perpetuo nuncupandam, in loco qui nunc dicitur Gylford Innyngre olim vero Brunchings, ad conventum Pontis Roberti pertinenti, qui per trecentos retro annos submersus fuit, et nuper industria et expensis prædicti Ricardi recuperatus A. D. 1499, *p.* 151.
112. Citatio ad convocationem ex mandato H. archiep. Cant. celebrandam per W. Lych. episcopi Lond. tunc extra regnum Angliæ agentis vicarium generalem, *p.* 152.
113. Procuratorium Francisci archiepiscopi Bisantini ad accipienda beneficia quælibet ecclesiastica in regno Angliæ, *p.* 154.
114. Decretum prioris et capituli generalis ordinis Cartusianorum, ut prior. de Shene Iohannem conversum domus London. ab ordine licentiaret, et ei habitum auferret, nisi velit perseverare in ordine obedienter religiose, pacifice et exemplariter, *ibid.*
115. Procuratoria prioris de Taunton et abbatis de Cerne ad comparendum in convocatione, *p.* 155.
116. Resignatio custodiæ parçæ de Slyndon Francisco Dyneley per Ricardum Spencer facta 15 Nov. 1503, *ibid.*
117. Commissio in partibus pro determinanda causa matrimoniali inter Ioannem Tresham et Annam Sexton alias Tamner A. D. 1503, *p.* 155 et 199.
118. Procuratorium Hadriani Castellensis papæ secretarii, et Hereford electi ad dictum episcopatum accipiendum, fact. 7 Mart. 1502, *p.* 156.
119. Indulgentia concessa a papa Bonifacio eis qui visitaverint ecclesiam de K. in Holondia, Lincoln. dioc. *p.* 157.
120. Acceptatio resignationis Maculini Cosyn, et collatio Hugonis Oldham ad prebendam ejus cum reservatione annuæ pensionis per episcopum Sarum, *p.* 158.
121. Dispensatio papalis pro pluralitate, *p.* 162.

122. Supplicatio Georgii Briswode ad papam contra Ricardum Caterell, qui in quendam cantuariam dicti G. se intruserat, *p.* 163.

123. Literæ ad colligendum pro Io. P. de Albo Castro, milite et comite Palatino, qui cum matre fratre et tribus sororibus suis ab infidelibus fuit captus et ad Constantinopolim ductus A. D. 1501, *p.* 164.

124. Bulla Urbani papæ ut abbas et conventus monasterii sanctæ crucis de Waltham possint ecclesias suas impropriatas ad firmam demittere etiam laicis, *ibid.*

125. Appropriatio ecclesiæ parochialis de Wetherfeld, ecclesiæ collegiatæ de Stoke-Clare, *p.* 165.

126. Commissio in partibus pro causa electionis prioris monasterii de Seleskeyr juxta Wyfford, Ferens. dioc., determinanda, *p.* 175.

127. Epistola Silvestris [Gigles] episcopi Wigorn. ad N. C. [Nicolaum Colys] de variis negotiis, data Romæ 14 Jun. 1503, *p.* 176.

128. Dispensatio pro matrimonio, *ibid.*

129. Literæ executoriales Alexandri papæ pro annua pensione CL ducatorum auri ex episcopatu Wigorn. solvenda Radulpho electo Ascalon A. D. 1502, *p.* 177 et 249.

130. Bulla donationis ejusdem pensionis, *p.* 177.

131. Commissio in partibus pro causa audienda et determinanda inter priorem et conventum ecclesiæ cathedralis Carliol et firmarios eorundem, et vicarium de Lasynty de decimis cujusdam parçæ, *p.* 179.

132. Inhibitio officialis London. ne thesaurarius ecclesiæ cathedralis S. Pauli procedat in quadam causa jurisdictionis exemptæ (ut asseritur) S. Albani (1504), *ibid.*

133. Commissio in partibus pro causa audienda et determinanda inter Willelmum Chetwode executorem testamenti W. Dacson (?) nuper rectoris de Braknam (?) et Ioannem Hudson modernum rectorem dictæ ecclesiæ de dilapidationibus, *p.* 180.

134. Instructio summaria sive petitio confratrum et sororum confraternitatis sive gildæ nuncupatæ S——— Boston pro confirmatione antiquorum privilegiorum et concessione novorum, *p.* 181.

135. Epistola Sylvestris [Gigles] episcopi Wigorn. ad N. C. de negotio prædictæ gildæ sibi a regis matre mandato, data Romæ 26 Apr. 1500, *p.* 183.

136. Commissio data Iohanni Bell episcopo M. et suffraganeo archiepiscopi Cantuar. per eundem archiepiscopum A. D. 1501, *ibid.*

137. Procuratorium decani et capituli ecclesiæ collegiatæ de Stoke juxta Clare pro appropriatione ecclesiæ de W. [Wetherfeld] Lon. dioc. *p.* 184.

138. Appellatio pro abbate et conventu Glaston. et aliis in causa inter eos et Iohannem Lax L. L. D. 1465, *p.* 185.

139. Carta Thomæ Jañ, jurium et privilegiorum prioratus S. Ioannis Ierusalem in Anglia conservatoris, quâ vices suas committit priori de C. et Mag. I. ap. H. archidiacon. Cardigan, *p.* 187.

140. Supplicatio Edwardi IV. ad papam pro Thoma [Kempe] episcopo London. iniquis litibus in curia Romana vexato, *p.* 189.

141. Epistola ejusdem episcopi ad procuratorem fiscalem de eadem re, *p.* 190.

142. Supplicatio ejusdem ad papam de eadem re, *p.* 191.

143. Epistola ejusdem ad cardinalem Senens de eadem re, *p.* 192.

144. Supplicatio Clementis Angliæ collectoris ad papam pro Richardo Taunton U. I. D. super lite inter ipsum et prepositum B. Mariæ et S. Nicholai Cantabrigiæ occasione presentationis cuiusdam ecclesiæ, *p.* 193.

145. Supplicatio Elizabethæ reginæ [Edw. IV. uxoris] ad papam pro Edwardo [Storey] episcopo Carliol. *p.* 194.

146. Epistola episcopi London. ad Stephanum de Tibiis canonicum Papiens. de negotio supra memorato, *p.* 195.

147. Epistola episcopi London. ad Joh. Lax de magistris Milverton ac Haldey ordinis Carmelit. fratribus hereseos et contumaciæ accusatis, *p.* 196.
148. Supplicatio regis Edwardi IV. ad papam pro Thoma Pomeray priore conventus ecclesie Christi London. et ex officio primo post majorem civitatis Lond. aldermanno, ut concederetur ei usus mitræ baculi et pontificalium 3 Nov. 1466, *p.* 197.
149. Decretum commissarii episcopi Winton. de reparatione cancelli capellæ de *Przioriske* ab ecclesia de Colmer dependentis a rectore eiusdem ecclesie perpetuo facienda, 1437, *p.* 198.
150. Dispensatio papalis concessa Iohanni Wolf U. I. D. ut non promoveatur ad sacros ordines per biennium, 1507, *p.* 199.
151. Appellatio ad sedem apostolicam, *ibid.*
152. Epistola regis Henrici ad collegium cardinalium ut Adam Moleyns fiat archiepiscopus Armachanus, data 18 Sept. anno regni 14, *p.* 204.
153. Epistola ad episcopum ——— ut interdictum contra illos qui Thomam Hophe sedis apostolicæ nuncium ex Anglia venientem vi et armis ceperunt et captivum carceribus manciparunt, in diocesi sua observari faciat, *p.* 205.
154. Supplicatio Edwardi IV. ad papam ut resignationem Iohannis [Lowe] episcopi Roffensis admittat et Thomam Roth. [Rotheram] capellanum suum ad dictum episcopatum promoveat, 1470 (*or* 65), *p.* 206.
155. Supplicatio Margaretæ reginæ [Henrici VI. uxoris] ad papam pro Nicholao Carent decano Wellen. ne ab Iohanne Delabere episcopo Menevensi vexaretur pro expensis litis olim inter eos existentis circa dictum decanatum, 1449, *p.* 207.
156. Epistola archiepiscopi Cantuar. ad papam, quod rex ei mandavit ut nihil attemptaret in decimis colligendis cum ipse oratores suos ad papam mitteret ad voluntatem suam hac de re exponendam, *p.* 208.
157. Supplicatio Edwardi IV. ad papam ut mitteret pileum rubrum cardinali Bouchier Cantuar. archiepiscopo, *ibid.*
158. Supplicatio episcopi Bathon. et Wellen. ad papam pro Iohanne Valence capellano suo, *p.* 209.
159. Supplicatio ——— pro eodem, *ibid.*
160. Epistola Pii papæ ad Edwardum IV. ut cardinalis Papin. habeat pensionem annuam quingentorum florenorum auri ex archidiaconatu ecclesie Cantuar. data 12 kalend. Maii, 1473, *p.* 210.
161. Supplicatio Henrici VI. ad papam pro Willelmo Bothe ut promoveatur ad episcopatum Lich. et Cov. 5 Apr. 1448, *p.* 211.
162. Supplicatio Margaretæ reginæ pro eodem, *p.* 212.
163. Supplicatio ejusdem pro translatione [Thomæ Bouchier] episcopi Eliensis ad sedem Cantuar. *p.* 213.
164. Supplicatio regis Henrici VI. pro eadem translatione, 1 Maii anno regni 33º. *ibid.*
165. Supplicatio Ricardi ducis Ebor. Angliæ protectoris pro eadem translatione 1 Maii, 1454, *p.* 214.
166. Petitio pro Thoma Wylkyns dioc. Norv. ut admittatur in fraternitatem hospitalis sancti Spiritus et ad omnes sacros ordines promoveatur, *p.* 215.
167. Epistola Henrici VI. ad papam in laudem et defensionem [Gulielmi Waynffleet] episcopi Winton. data 8 Nov. 1460, *p.* 216.
168. Epistola Edwardi IV. ad papam in laudem et defensionem Laurentii [Booth] episcopi Dunelm. *p.* 217.
169. Epistola [ut videtur Edwardi IV.] ad papam de sua in regem Angliæ exaltatione, *p.* 218.
170. Supplicatio ejusdem regis pro Thoma [Bouchier] archiepiscopo Cantuar. ut fiat cardinalis 5 Aug. 1465, *p.* 219.

171. Epistola papæ ad regem quod brevi missurus est capellum cardinalatus ad prefatum archiepiscopum, data 27 Junii, 1469, *p.* 220.

172. Epistola papæ ad cardinalem Cantuar. de eadem re, *ibid.*

173. Epistola papæ ad Carolum Marchionem Badon per Alsatiam gubernatorem ut brachium seculare extendat in eos qui excommunicati sunt propter violentiam Thomæ Hophe oblatam, *p.* 221.

174. Commissio in partibus pro dissolutione matrimonii inter Hadrianum Castellensem et Brigidam de Vulterris, 1489, *ibid.*

175. Bulla papalis episcopo Basil. directa ut sententiam excommunicationis contra eos qui Thomam Hophe in carcerem detruserunt, &c. in diocesi sua publicari faciat, *p.* 222.

176. Alia bulla eidem episcopo directa ut prædictam sententiam ab omnibus observari faciat, *p.* 223.

177. Bulla episcopo Constant. directa ut prædictam sententiam in diocesi sua publicari faciat, 1470, *ibid.*

178. Epistola Pauli papæ II. ad Edwardum IV. ut Iohanni [Alcock] episcopo Roffensi in possessione adipiscenda dictæ ecclesiæ suæ assisteret, data vi Junii anno pontificatus 6, *p.* 225.

179. Epistola papæ ad episcopum Bathon. et Wellen. ut duo beneficia in diocesi sua prædicto episcopo Roffensi assignaret cum eodem episcopatu in commendam tenenda, *ibid.*

180. Epistola papæ ad episcopum Norwicensem de eadem re, *ibid.*

Hic notatur Ioannem Alcock aliquamdiu fuisse suffraganeum episcopi Norwicensis [signed L. dathus].

181. Epistola papæ ad episcopum Lucen. nuntium suum in Anglia de rebus legationis ejus et de victoriis Turcarum in christianos, *p.* 226.

182. Epistola Pii papæ II. ad archiepiscopum Ebor. de expeditione in Turcas, *p.* 227.

183. Epistola Pauli II. de eadem re, *p.* 228.

184. Commissio in partibus ad accipiendam resignationem Iohannis [Chadworth] episcopi Lincoln. et assignand. ei congruam pensionem ex eodem episcopatu, et tractand. cum Edwardo [Storey] episcopo Carliol. successore ejus designato de dilapidationibus, *p.* 229 et 233 [two copies].

185. Epistola Pauli papæ ad Edwardum IV. de eadem cessione et translatione, *p.* 231.

186. Epistola Pauli II. ad archiepiscopum Cantuar. de decimis colligendis pro expeditione in Turcas, *ibid.*

187. Epistola ejusdem ad regem de prædicta cessione Lincoln. episcopi, *p.* 232.

188. Epistola ————— ad cardinalem Bouchier archiepiscopum Cantuar. de eo quod fecerat apud papam super petitione capelli (22 May 1471), *p.* 234.

189. Epistola Calixti papæ ad Henricum VI. quod vacante sede Exon. Iohannem Halfe ad illam dignitatem promoverat, sperans id regi gratum fore, et tametsi Georgius Nevil postea sibi a rege fuerit commendatus, hortatur ut promotio jam facta nullo modo turbetur, *p.* 235.

190. Epistola ejusdem ad reginam Margaretam de eadem re, *ibid.*

191. Alia epistola ad eandem circa hoc negotium, *p.* 236.

192. Duæ epistolæ preceptoris et totius ordinis hospitalis sancti Spiritus in Saxia de urbe, quod custodiam bonorum suorum laicis committere non possunt, *ibid.* [Signed by Petrus Matheus de Roma, General of the Order and Preceptor of the Hospital.]

193. Alia epistola de hac re, *p.* 238.

194. Epistola papæ ad consules oppidi Rotterwyle (*or*-*wyk*) ut permittant Margaretam Kesmannyn jus suum prosequi coram commissariis a sede apostolica designatis, data 3 Maii, 1471, *p.* 239.

195. Epistola (Pauli II.) papæ ad Edwardum IV. de subsidio in Anglia exigendo pro expeditione in Turcas, data 26 Junii, 1469, *ibid.*
196. Epistola ejusdem ad cardinalem Cantuar. de eadem re, data 28 Junii, 1469, *p.* 240.
197. Epistola ejusdem ad episcopum London. quod promoverat Willelmum Russel ad canonicatum in ecclesia London. data 18 Oct. 1469, *ibid.*
198. Epistola Pauli II. ad Eberhardum et Willelmum comites de Kirchberg, ne monasterium S. Martini in Wiblingen amplius molestant vel injuriis afficiant, data 22 Maii, 1471, *p.* 241.
199. Ceremonia pilei rubri missi ad cardinalem Bouchier, *p.* 242.
200. Epistola Sixti IV. ad Edwardum IV. quod miserat pileum rubrum ad cardinalem Cantuar. data 12 Feb. 1472, *ibid.*
201. Epistolæ gratulatoriæ diversorum cardinalium ad cardinalem Cantuar. *ibid.* 243 [4 letters].
202. Epistola Sixti IV. ad eundem quando pileum ei missit, data 12 Feb. 1472, *p.* 244.
203. Epistola ejusdem ad episcopum Lincoln. ut solvat pecuniam debitam pro indulgentiis, data 8 Feb. 1472, *ibid.*
204. Procuratorium Roberti Pemberton filii naturalis Hugonis Pemberton mercatoris civitatis London. ad beneficium quodlibet accipiendum, 1497, *p.* 245.
205. Facultas eligendi confessoris concessa D. Iohanni Mortymer, *p.* 246.
206. Talis facultas concessa Thomæ Lovell et multis aliis, *p.* 247.
207. Commissio in partibus pro audienda et determinanda causa inter Oliverum Southworthe, &c. *p.* 250.
208. Facultas eligendi confessoris concessa Iohanni Hussey et multis aliis, *ibid.*
209. Forma juramenti Iohannis episcopi Carliol. *p.* 252. [pp. 253-260 blank.]
210. Provinciale omnium episcopatum in Europa, *p.* 261.
211. Carta prioris et conventus de Bradenstoke testificans compositionem factam inter se et Adam de Sutton de mortuariis solvendis a tenentibus ejusdem Adam, 1278, *p.* 271.
212. Taxationes pro bullis diversarum formarum, *p.* 272. [pp. 273-281 blank.]
- [213. On *p.* 282 is a deed of 18 Hen. VII in a very difficult hand.]

171. SCOTICHRICON.

{ F. 9
{ T. James 62

Paper, 11½ × 8, ff. 20 + 371, 46 lines to a page. Cent. xv, in a rather pointed hand.

Much eaten by mice, as is noted by T. James.

Collation: a²⁰ (the first six fragmentary: also 17 and 19), 1²⁰ 2²⁰ 3²²-7²² 8²⁰-13²⁰ 14²² 15²⁰-18²⁰ (wants 20).

Formerly belonged to the Abbey of Inchcolm: see later.

The earlier leaves of the first quire are much mutilated.

f. 1 a is blank.

1 b. Part of inner column left: rhyming lines.

ām̄m̄ corporis... / ...leuero maxī labo... / ...ocie volens
attemptar(e) / ...duum opus compilare / etc.

Ends:

deficiens vita sibi detur / ...queso quilibet ut sic s̄t precetur.

Rubric. Sequitur liber qui dicitur Scoticronicon.